

XXVII. (22) Pippinus omnem Aquitaniam peragrando sua dictio subdit ; nec tamen , ut voluit , Weiferium capit , sed ille semper vastationi & fugae intentus ; donec dolo VVarattonis peremtus , & fugae & tyrannidi finem dedit . Pippinus ab Aquitania regrediens , ad Sanctum Dionysium VIII. Kal. Octobris diem obii anno etatis LIV.

I. Karlus cum Karlmanno fratre regnavit annos III.

II. (23) Karlus cum fratre Karlmanno Hnoldum in Aquitania rebellantem capiunt .

III. (24) Karlmannus Rex obiit villa Salmunciaco ; sepelitur Remis .

IV. (25) Karlus in Saxonia castrum Aeresburg expugnat , fanum & lucum eorum famosum Irminis subvertit .

V. (26) Inter ea cum exercitus siti fatigatur præsiccitate , subito in quadam torrente media die divinitus aqua largissimæ effusa sunt . Saxones ad Regem super (27) VVifarahevenientes , obsidibus datis pacem rogant .

VI. (28) Karlus , invitante Hadriano Pontifice Romano , Italiam ingreditur . Desiderius Rex obistere nititur , clausis Alpium obseratis obviam pergit . Franci claufas referant ; Desiderius Papiae includitur .

VII. (29) Karlus Papiam civitatem obsedit ; nullum ingredi vel egredi permittit . Interim Karlus orationis causa ad limina Sancti Petri pergit . Adrianus Papa gaudens cum magna gloria Regem advenientem suscipit ; diem Sanctum Pasche solenniter celebrant , & cum laetitia Regem prosequitur . (30) Revertente Karlo Rege à Roma , Langobardi obsidione pertœsi , Civitate cum Desiderio Rege egrediuntur ad Regem . Rex verò alia die cum hymnis & laudibus ingrediens , thefauros Regis ibidem repertos dedit exercitu suo , & cunctum Italæ Regnum adeptus , regreditur in Franciam , adducens secum Desiderium & conjugem eius ac (31) filiam . Adaligis filius eius fuga lapsus per mare Constantinopolim venit .

VIII. (32) Karlus ab Italia regrediens dicationem Ecclesie Sancti Nazarii , & translationem corporis ipsius in Monasterio Lauresham celebrat Anno Incarnationis Dominicæ DCCLXXXIV. die Kalendarum Septembri (33) Karlus (34) Saxones vaftatis Heresburg & Siburg castella capit , custodias ibidem dimisit revertitur in Franciam .

(22) A. C. 768. apud Freherum ; in Pitheœana autem editione perperam hæc referuntur ad annum 765.

(23) A. C. 769. apud Pitheum & Freherum .

(24) A. C. 771. apud Pith. & Freher.

(25) A. C. 772. apud Pith. & Freher.

(26) A. C. 772. apud Pith. & Freher.

(27) Hoc est Virgini , nunc die Veser.

(28) A. C. 773. apud Pith. & Freher.

(29) A. C. 773. apud Pith. & Freher.

(30) A. C. 774. apud Pith. & Freher.

(31) Filius hujus nulla fit mentio apud Pitheum & Freherum .

(32) A. C. 774. apud Freherum ; in Pith. autem editione hæc defunt .

(33) A. C. 775. apud Pith. & Freher.

(34) *Saxones vaftatis pro Saxonibus vaftatis* ; quæ ratio loquendi alias sepe occurrit in his Annalibus , ut paulo post custodias dimisit pro custodis dimissis .

(35) A. C. 776. apud Pith. & Freher.

(36) Apud Pith. & Freher. legitur Ruodgandum & Hruotgandum .

(37) A. C. 777. apud Pith. & Freher.

(38) A. C. 778. apud Pith. & Freher.

A IX. (35) Karlus in Italia (36) Hruotgandum tyrannidem moliente interimit .

X. (37) Saxones post multas cedes & variæ bella adficti , non valentes resistere , tandem Christiani effecti , Francorum ditioni subduntur .

XI. (38) Karlus contra Saracenos Pampalonam Civitatem capit . Abitaurus Saracenum Rex dedit obsides fratrem suum & filium , & reddit Civitates , quas tenebat ; inde proficisciit ad (39) Cesaris-Augustam , adducit secum (40) Ibimlarbi Regem Saracenorum . Wituchindus Saxon tyrranidi nititur .

XII. (41) Saxones rebellioni insunt ; strages & incendia in Franciam usque in Rhenum peragunt . Karlus ex itinere Hispanorum regrediens , exercitum obviam mittit , Saxones in fugam vertit .

XIII. (42) Karlus Saxones obprimit , & adversantes sibi Dei auxilio superat .

XIV. (43) Karlus Romam denuo adiens , (44) Adrianus Papa Pippinum filium Regis baptizavit , & à Sacro Fonte suscepit , & Regem super Italia unxit ; similiter & Hluduvicum fratrem ejus super Aquitaniam ; celebrantque Pascha Domini cum magna gloria .

XV. (45) Karlus Rex Tassilonem Duce ad se accerit Wormaciæ .

XVI. (46) Tassilo promittit fidem servare Regi cum jurejurando ; quem dimittit Rex honorifice , & imperat sibi obsides mitti , quod ita & fecit .

XVII. (47) Widuchindus Saxon post multam tyrannidem peractam in semet revertitur , venit ad Regem ; fidelis effectus baptizatur .

XVIII. (48) Per idem tempus multa signa apparuerunt , inter quæ signum Crucis in vestimentis hominum frequentissime apparuit . Sanguis etiam è terra ac de cœlo perhibetur fluxisse .

XIX. (49) Karlus Romam adveniens , Haragius Dux Beneventanus mittens filium suum (50) Rumaldum Regi , & munera , ut in terram suam ne intraret , & quicquid imperaret faceret : quod Apostolicus audiens non creditit , neque Franci , sed perfusat Regem proficii in terram Beneventi . (51) Haragius relinquens Capuam civitatem , in Salerno concluditur ; mittit Regi munera , & Grimoltum filium suum , & XII. obsides ; obtinuit , ut terra illa non vastearetur . Karlus Romam remeanus , Tassilonis Legati postulant Adriatum ,

(39) Cesaraugusta , sive Cesarea Augusta , nunc Saragosa , Metropolis Aragonie .

(40) Apud Pith. & Freher. legitur Ainalarabi . Reetus Iinalarabi .

(41) A. C. 778. apud Pith. & Freher.

(42) A. C. 779. apud Pith. & Freher.

(43) A. C. 780. apud Pith. & Freher. Notandus etiam hic est modus loquendi Lartno-barbarus , qui in his Annalibus alias quoque occurrat . Karlus Romam denuo adiens , Adrianus &c. pro Karlo Romanum denuo adeunte , Adrianus &c.

(44) A. C. 781. apud Pith. & Freher.

(45) A. C. 781. apud Pith. & Freherum .

(46) A. C. 781. apud Pith. & Freher .

(47) A. C. 785. apud Pith. & Freher .

(48) Hæc apud Pith. & Freher referuntur ad A. C. 781.

(49) 786. apud Pith. & Freher .

(50) Idem paulo post appellatur Grimoltus . apud Pith. & Freher. legitur Grimoldus .

(51) A. C. 787. apud Freherum . In Pitheœana autem editione perperam hic confunduntur acta anni 786 & 787. Ibidem ut & apud Freherum pro Haragius legitur Aragius .